propriis omnibus recedendo, seque pars quietat eximendo se suo iurisdictioni omnique officii Castri Premisliensis cum successoribus et bonis suis ubique, quo ad respondendum subijciendo in primo termino terminum peremptorio quietat, pars citata stare parere, obiectis partis Actoris respondere vadiis, pro quo pars parte citaverit ab officio non recedere, solvere decretum iudicii indirectum, omnium dominum penitus pati adstricta erit et tenebitur cum posteritate. Nullam terminorum ordine praemissorum, vel simplici infirmitatibus Actione seu maiori, legalibus quibusvis, vel de iure scripto ac consuetudinibus observari solitis, modo impedimentis de iure scripto ac consuetudinibus observari solitis, haud ad quietum mortificandum officium inscriptionem, ad evictionem dilationum non petendo. Poena tandem utrique iudicii poena vadiis et vadia sibi non evadendo. Modum appellationibus earumque prorogationibus contro[versiis] non evadendo. Eos ab appellationibus evasionibus suspensionibus et dilationibus quibusvis necessariis exceptionibus evasionis suspensionis et dilationibus gulavim necessariis abbreviandis, et quitte nec sibi cum successoribus suis in anxi[e]tatibus cum inscriptione officii recipiendo sive et secundum successoribus sub amissione totius causae et litis formiter defatigandi et vadiorum, quovis non obstante, ubique inscriptione officii tamquam alicui parti et successoribus solvit ut ipsi inscriptione officii tamquam alicui parti et successoribus o[mn]ibus satisfacere erit adstricta successoribus omnibus sufficienti, pars citata satisfacere erit adstricta, nulla exceptione iuri obstando. Super quo memoriale officii penitus solutum est.

Civis Premislien[sis] quietat Herburt

Ad officium actaque praesentia Castri Premisliensis veniens personaliter Famatus Georgius Holzer Sartor et Civis Premisliensis, a iure et foro iurisdictionique sibi competendo recedendo, seque cum successoribus et bonis suis ad iurisdictionem praesentem quo ad infrascripta subijciendo mente et corpore sanus existens, publice fassus est: a Generoso Ioanne Herburt de Fulsztin in villa Dziergowice herede recepisse et manualiter levasse summam centum quinquaginta florenorum, quae ad rationem summae centum viginti quinque florenorum per se ipsi modo quovis debita, ratione cuius quidem summae totalis centum quinquaginta florenorum receptionis ipsum Generosum Ioannem Herburt et successores eius de summa praeexpressa ad plenum levata quietat et liberum facit perpetuis temporibus, Processum vero iudiciique, et nomen eiusdem Herburt ratione totius summae centum quinquaginta florenorum per se in iudicio terrestri Premisliensi motam et intentatam, ad extinguendum cassat et obliterat, ab omnibusque actionibus, condictionibus et aliis iuris vadiis poenis cum ipsum citaverat a iudicio castri Premisliensis recedit. Super sua personali recognitione mediante quod memoriali firmatum est.

Actum in Castro Premislien[si] sabbato post festum sanctae Hedwigis electae Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Coram Generoso Ioanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow secretario sacrae Maiestatis Regiae et capitaneo Premisliensi officioque et Actis 18/1.

Therlieczki quietat alium Therlieczki

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Nobilis Iwan Therliczky, filius Nobilis ac religiosi Hrehori Pop Lardassi Therliczki, a iure foroque suis propriis quibusvis recedendo, et se successores bonaque sua iurisdictioni praesenti quo ad hunc actum incorporando, sanus mente et corpore existens, publice, per expressum recognovit, quia a Nobili Iwan Therliczki filio olim Nobilis Hrehko Therliczki recepit et manualiter levavit summam sexagentorum florenorum pecuniae polonicae, in qua summa bona sua certa in villis Therlo, Lubohow, Mossorbi et Swijnie coram officio Actisque praesentibus per transportum Castrensis Premisliensis ... transportata modo obligatorio ipsi inscripserat et in... nachaverat ut idipsum inscriptio sonoro latius testatur. Ratione cuius quidem receptionis summae praeexpressae ipsum Nobilem Iwan Therliczki Hrehkowicz de summa praedicta sexagentorum florenorum pecuniae quietat et liberum facit perpetuis temporibus, inscriptionem seu cautionem terrestrem et transportatum Premisliensi sic est transportatam, una cum omnibus condictionibus cassat mortificat annihilat, quiquid ab ipsa recedit. Super sua recognitione mediante quod memoriali firmatum est.

Therlieczki obligat alio Therlieczki

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castri Premisliensis Nobilis Iwan Therliczky, filius Nobilis olim Hrehko Therliczki, mente et corpore sanus existens, a iuris districtibus ac foribus suis quibusvis propriis foroque competendo recedendo, et se cum successoribus bonisque suis ubique habitis iurisdictioni praesenti Castri Premisliensis in toto subijciendo quo ad effectum totius inscriptionis praesentis adiunctis incorporando, non compulsus nec coactus, sed quam cogitando sano et salubri consilio suorum amicorum, per expressum recognovit quia Nobili olim Hrehko Therliczki filio Nobilis Hrehko Therliczki Hardasowicz et eius successoribus bona sua bona totas et integras sortes suas in villis Therlo, Luborow, Mossorbi et Swijnie quae ipse immediate et plena